1345 nov. 25. cum comite Clivensi [n] tractantes de pace certa [o] concordie pacta + inter partes tractaverunt. [68] Et sic expedicio ipsius archiepiscopi ab ulteriori progressu tunc fuit licet cum dampno ecclesie intermissa. Nam exercitus archiepiscopi et expensarum apparatus ad dictam expedicionem dispositus [p] adeo multus fuit, quod ipse comes resistere non valebat, quoniam [q] ipse archiepiscopus ipsum [r] ad exinanitionem ultimam compulisset. In supradicto vero conflictu prius habito dictus comes vulnera et fatigationes virium corporis accepit, ex quibus non diu postea est defunctus. Porro cum ipse Walramus archiepiscopus talibus pulsatus [s] adversitatibus et infortuniis [t] expensis et sumptibus necessariis fuisset exhaustus et per fratrem suum comitem Iuliacensem necnon alios de sua parentela consanguineos, qui inimicis ipsius et [u] ecclesie plus quam [v] ipsi archiepiscopo erant favorabiles, [w] derelictus, cepit ipse per aliqua tempora peregrinari ab ecclesia et se absentare et in [x] partibus regni Francie cum paucis familiaribus parcendarum expensarum gracia conversari, commissa gubernacione rerum ecclesie et terre extraneis quibusdam personis [69] eciam laicis [y], quo quidem adversarum rerum turbine [z] omnia quasi ecclesie castra et mense episcopalis reddítus fuerunt pro solvendis debitis in creditorum manibus obligata. Cum igitur ipse archiepiscopus absens a patria taliter peregrinando exularet, obiit Parisius [a] in vigilia assumptionis
1349 aug. 14. b. Marie [b] sub anno domini 1349. Cuius corpus fuit translatum Coloniam et in ecclesia S. Petri sepultum, videlicet in capella sanctorum angelorum a dextero latere chori. Supra cuius tumulum successor ipsius fecit construi epitaphium [c] de marmore albo atque nigro artificioso sumptu preparatum. Fuit autem dictus venerandus pontifex Walramus stature corporis

[68] cf. dipl. ap. Lac. III, 338; Wilhelmus comes non reperitur inter arbitros.

[69] Vicarium generalem in rebus mundanis constituit Reinardum de Schoenau (Lac. III, p. 381), apud quem maximas pecunias mutuaverat. (ibid. p. 344).

+ add. 6 et 6': que utinam bene fuissent servata.

n) Clevensi 2. o) circa 1.2.3. p) depositus 2. 4.4'.4". q) qm 1.2.3. quin 4.4'.4". quominus? r) ipsum deest 4.4'.4". s) pulsatis 1.2.3. t) fortuniis 3. u) et deest 3. v) postquam 1. w) fruicoli (?) 3. ferioli 4. favoli 4'.4". fovoli 1. x) pro 4.4'.4". y) laycis 1. z) turbine deest 4.4'.4". a) Parisiis 1. b) virginis add. 3. c) epyt. 1. epith. 2. epithafium 3.